



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatus Theologico-Moralis De Sacris Ecclesiasticorum  
Ministeriis, Hoc est, De Horis Canonicis, & Missæ  
Sacrificio**

**Biesmann, Caspar**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno 1695.**

Caput I. Quid sint Horæ Canonicæ, & an eas recitare pium ac laudabile.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42206**



TRACTATVS  
Theologico-Moralis  
PARS PRIMA

De  
HORIS CANONICIS.

C A P U T I.

*Quid sint Horæ Canonicae, & an  
eas recitare pium ac lauda-  
bile.*



Oræ Canonicae di-  
cuntur eæ preces &  
laudes divinæ, quæ  
ex præcripto Ca-  
nonum Ecclesiasti-  
corum certis horis cantari aut re-  
citari debent: Et cùm proprium Horæ Ca-  
nonicæ cur  
Ecclesiasticorum munus sit eas  
cantare aut recitare, alio nomine  
officium Ecclesiasticum dici so-  
lent: Ex eo autem, quod ex S. Ecclesiasti-  
Scriptura, SS. Patribus, gestis cum, aut  
Sanctorum &c. breviter in unum Breviarium.  
collectæ sunt, à brevi rerum plu-

A 5 rima-

## 10 DE HORIS

rimarum in unum collectione re-  
ctè Breviarium nuncupantur. At-  
Iles dicere que hunc orandi modum lauda-  
pium & lau- bilem omnino esse, pium, ac salu-  
dabile est. tarum, exinde facile perspici po-  
test, quod Ecclesia hac ratione ju-  
xta monitum Christi Luc. 18. O-  
portet semper orare & nunquam de-  
fiscere, quodammodo semper oret,  
Deum laudet, ac divinorum bene-  
fiorum memoriam incessanter  
celebret.

---

## C A P U T II.

*Quinam ad recitationem Horarum  
graviter obligentur.*

Obligati ad Horas sunt Clerici facrorum Ordinum, & beneficiati. Quid si u-nam Horā v.g. Ter-tiam absque justa causa omittat, aut vespertas Sabbathi Sancti.

**A**D recitationem Horarum Canonicarum obligantur sub gravi peccato Clerici sacrorum Ordinum, & beneficiati, ita quidem, ut graviter peccent, si Horas vel semel absque iusta cau-sa omittant, vel si unam ex illis v. g. Tertiam, Nonam, Completorium, &c. voluntariè negligant, quamvis omittens vespertas Sab-bathi sancti non videatur peccare graviter ob parvitatem materiæ, vid. Neußer de Hor. Can, disp. 8,

q. 2.